

Ioan. 10.

c. 7.

bene ipse faciebat. Cùm ergo accepisset Iesus acetū, dixit  
cōsummatum est. Quid, nisi quod prophetia tanto antè  
[tempore] prædixerat? Deinde quia nihil remanse-  
rat, quod antequam moreretur, fieri, adhuc oporte-  
ret, tanquam ille qui potestatem habebat ponendi animā  
suam, & iterum sumendi eam: peractis omnibus quæ ut  
peragerentur expectabat, Inclinato capite tradidit spi-  
ritum. Quis ita dormit, quando voluerit, sicut Iesus  
mortuus est, quando voluit? Quis ita vestem ponit  
quando voluerit, sicut se carne exuit, quando voluit?  
Quis ita cùm voluerit, †abit, quomodo\* cùm voluit,  
obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est iu-  
dicantis, si apparuit tanta morientis?

\* al abiit.  
\* illo